



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

R. P. Ioannis Azorii Lorcitani, Societatis Iesv Presbyteri Theologi, Institvtiones Morales

In Qvibus Vnivers[a]e Qvaestiones ad Conscientiam recte aut prauè
factorum pertinentes, breuiter tractantur

Azor, Juan

Coloniae Agrippinae, 1612

11 De Distractiōne pignorum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14014

De distractione pignorum.

CAPVT XI.

TVM in Digestis Titulus V. tum in Codice specialis Titulus XXVIII. est de distractione pignorum: in quo agitur de iure, quod creditor habet distrahendi, hoc est, alienandi, siue vendendi pignus sibi obligatum: nam quamuis creditor dominus pignoris non sit, potest tamen pignus vendere, eo quod non sit sibi solum debitor tempore constituto, quod ius habet, siue inter ipsum, & debitorem conuenient ab initio, vt venderet, siue non conuenient, *l. si conuenient. ff. de pignorat. act. & Insti. Quibus alienare licet, §. contra.*

Primo quaeritur, An possit pignus vendi, cum est pluribus creditoribus obligatum, & nondam omnibus satisfactum? Respondeo, posse, siue plures sint creditores, siue plures creditorum haeres, *l. solum. §. si creditori. ff. de pignorat. act. Quid si plura pignora vni creditori sunt oblata, erit ne liberum creditori vendere quod voluerit ex illis? Respondeo liberum esse, l. Creditoris. ff. de distract. pigno. Deinde, qui pignoris loco res plures accepit, non cogitur vnā earum restituere, nisi soluto omni debito, *l. Quis pignori. ff. de pignoribus. & l. Quamdiu. C. de distract. pigno. Immo quādiu debitum manet insolutum, etiā in media ex parte ius est creditori vendendi pignus, l. Quamdiu. C. de distract. pigno. Et l. debitor. C. de debitorum venditionem pignoris impedit non posse.**

Secundo quaeritur, Quid debeat creditor debitori, si pignus vendiderit? Respondeo, ab alienatio pignore per creditorem tantidem, quantum restat, si quid ultra debitum reliquum est, cogitur restituere debitori, *l. Quamuis. §. vlt. C. de iure domini impetrando*: quod si quid desit ad integrum debitum, id iure exigit a debitore, *l. Quisquam. §. Pompeius. ff. de distract. pigno. l. vlt. C. de iure domini impetrando*. Cum insuper secundus creditor oblata pecunia primo creditori, in locum eius successerit ius, & potestatem habet vendendi pignus, propter pecuniam primo creditori solutam, & debitori creditam, *l. Cum secundus. ff. de distra. pigno.* Re item tribus creditoribus obligata, & fideiussore primo interueniente, si fideiussor, vel secundus creditor primo creditori pecuniam soluat, datur tertio creditori facultas offerendi fideiussori pecuniam ad pignus tenendum.

Glossa in l. cum secundus. §. Si secundus. ff. de distract. pigno. Praeterea, si posterior pignus emat a priore creditore, non acquirit sibi dominium pignoris, sed debitor, offerendo ei pecuniam, iure suum pignus recuperat, *l. Cum posterior. ff. de distract. pigno.* si creditor itidem vendidit pignus extraneo, sub ea conditione vt possit illud repetere, & recuperare si pretium reddiderit tunc debitor emptorem cogere negavit ad emptum sibi pignus reddendum: potest tamen agere cum creditore, vt sibi cedat actiones suas contra emptorem, ac ita poterit recuperare pignus ab emptore, reddito ei pretio, *l. Si creditor. ff. de distract. pigno.*

Tertio quaeritur, Quae sint in detrahendo pignore seruanda? Respondeo, ea quae sequuntur in pignore videlicet conuenientia. Primo enim pignus vendi non potest, antequam debitor moram in soluendo trahat, *l. Cum soluenda. ff. de distract. pigno.* Secundo, quando datur facultas creditori, vt vendere possit pignus, intelligitur data, vt vendat post moram debitorem, & vt vendere queat absque denuntiatione facta debitori, *Glossa in l. Creditor hypothecae, in verbo, Testatio. C. de distract. pigno.* nam vbi inter eos actū est expressus, vt creditor possit vendere, eo ipso intelligitur actum, vt id vendere possit absque denuntiatione: quia ex substantia & natura contractus creditor ius erat vendendi, debitore pignomito, *Glossa ibidem.* Tertio, si nihil est actū, hoc est, neque concessa, neque interdicta facultas vendendi pignus, tunc praeter moram requiritur vna denuntiatione facta debitori: & hoc ex Iure, Codicis, vt ait *Glossa in pra-*

dica l. creditor hypothecae. C. de distract. pigno. Nam ex antiquo iure Digestorum nulla alia conuentione opus erat, nisi ea, qua debitor dici posset fuisse in soluendo morosus, *l. si conuenient. ff. de pigno. act. Balbus, Salicet, Paulus, & Alexander ibidem.* Quāto, si pactio tenet, de pignus vendatur, intelligitur. Ne vendatur absque denuntiatione rei facta debitori, *l. Praedicta si conuenient*: quia absolute nequit esse pactum, vt creditor non possit pignus vendere: ergo in religitur pactio, ne scilicet vendatur absque denuntiatione, quam ius commune postulat. Alioqui, si contra pactio nem creditor pignus vendiderit, actione facti tenetur, *l. dista si conuenient. & l. si is qui pignori. ff. de pactis.* Facta itaque pactio ne pignus vendatur, requiritur, vt ter fiat debitori denuntiatione, *l. Praedicta si conuenient. & ff. de pignorat. act.* Huiusmodi autem tres denuntiationes licet ita debent, vt si commodē res patitur tradam intercedat a qualibet denuntiatione *Glossa & Bartolus in l. Si conuenient proxime allata*: alioqui vnum minimum, debet intercedere spatium vnus diei naturalis, *Bartolus ibidem.* Quāto: si nihil conuenient inter creditore, & debitore, denuntiatione est debitori, completo solutionis tempore, vt soluat debitum, quod si intra biennium debitum non soluat, ac pignus non liberet, tunc creditor potest pignus vendere, & nullo emptore inuento, addit iudicem, & denuntiat debitori: quo non veniente, certum tempus statuetur a Iudice, intra quod tempus debitore minime appareat, creditor ius erit tendi a Iudice, vt ei dominium pignoris cedat. Et adhuc, si intra aliud biennium, debitor accellerit, & debitum soluerit, pignus recuperabit, qui si non venient, elapso eo biennio, creditor plenissimum dominium pignoris consequetur, ita tamen, vt si quid residuum sit ultra debitum, restituat debitori, & si quid desit, illud iure queat a creditore exigere, *Hac omnia in l. vlt. C. de iure domini impetrando.* Et biennium primum, cuius licentia in praedicta lege, est numerandum, teste *Bartolo in l. Si conuenient superius memorata*, si certum est debitum, a die denuntiationis factae, quādo vnica tantum requiritur: quādo verò tres sunt necessitates, a die vltima. Si verò debitum sit incertum & debitum, inchoatur biennium a die sententiae per Iudicem latae, quōta in dicta lege, si conuenient.

Tertio quaeritur, quid sit seruandum in pignore iudiciali, vel Praetorio seu Praetoriano distrahendo? Respondeo: vbi femel lata est sententia contra debitorem, de pignore iudiciali, transire quatuor menses debere, antequam ad pignus capiendum procedatur. Deinde post pignus apprehensum, ad alios duos menses debitor est expectandus, antequam pignus vendatur: vt tandem venditio pignoris, auctoritate, & decreto Iudicis fiat. Negulant, *trakt. de pigno. par. 6. memb. 1. n. 7.*

In pignore praetorio distrahendo, nihil est iure communi definitum, videlicet intra quantum tempus vendi queat, sed relictum id est Iudicis arbitrio, cuius auctoritate vendi debet. Neque enim satis est, si Iudex creditorem in possessionem pignoris miserit. Negulantiū quo supra dixi loco. Praeterea, dum pignus iudicialiter venditur, si nullus emptor inuenitur, aut si inuenitur quidem, iustum tamen pretium non offert, potest creditor ad licitandum admitti, & potest ei iustum pretium offerenti, vendi pignus tanquam extraneo, *l. Cum in causa. C. Si in causa iudicari pignus captum sit.* Postremo, haec omnia quamuis iure communi seruantur in pignore distrahendo, pro varietate tamen regionum, provinciarum, locorum, variae sunt nationum, & populorum consuetudines, & diuersae principum leges & statuta municipalia, quibus pignora distrahuntur.